



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Candela Evangelica

Landsberg, Johannes Justus

[Köln], 1526

VD16 J 1187

Candela Quarta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34415

rum nostrorum expiationem credit atque implorat, Christi
meritis saluabitur: at humana merita nihil tale meretur.

Landela Quarta.

E prophete, et beatus Johannes Baptista, per bo-
na opera sua in gratia et charitate peracta, merue-
runt regnum celorum et eternam felicitatem, quam
erant recepturi soluto debito humane nature, quod ne-
mo soluere poterat, nisi solus Christus deus et ho-
mo. Nec ab ullo puro homine hoc deus unquam re-
quisiuit: quia non erat possibile per purum hominem hoc
fieri. Requirit vero deus ab homine adulto saluan-
do, bona opera, propria, meritoria, per gratiam et in
charitate facta, prout latius supradictum est. Unde
de nullus homo sine talibus operibus unquam salu-
factus est, neque in veteri lege neque in noua, neque an-
te aduentum Christi, neque post aduentum eius. Nec
profuit alicui adulto existenti sine gratia et chari-
tate et operibus bonis meritum, vel passio vel satis-
factio Christi, sed omnes tales perierunt, et peri-
bunt in eternum: nec peccata eorum sunt deleta vel amo-
ta per meritum Christi, nisi solum originale. Celum
autem (quia est locus beatorum) per Christum aper-
tum est, et merces (eterna, scilicet felicitas) tunc primum
reddita est, non carentibus gratia gratum faciente
et operibus bonis, sed ea possidentibus. Bona me-
ritoria opera non sunt sine gratia, nec in adulto gra-
tia est sine bono opere saltem interiore, quo se a bo-
no commutabili vertit per gratiam ad bonum incommu-
tabile. Sine operibus formatis gratia gratum fa-
ciente potest quis committere Christo, et martyrium
suum pro nobis sufficientissimum estimare et inuocare,
sed frustra, nec saluabitur talis per meritum Chri-
sti, aut per opera eius. Dicere vero quod opera homi-
ni meritoria (prout superius descripta sunt) ad salu-
tem nihil operentur, est falsissimum et hereticum,
et contra omnes veteris et noui testamenti libros,
omniumque fidelium doctorum atque sanctorum sententias

as. Meritū enim Christi et martyrium eius, parti-
cipamus et percipimus per gratiā dei et nostra pro-
pria bona opera viuificata charitate, sicut cōpla-
cuit deo ut fieret, qui dedit creaturis non solum esse,
sed etiā scire, posse, et operari. Lapis scit quod de-
bet descendere per inclinationē naturalem, que in
est ei loco scientie, et potest descendere, et quando
non impeditur, actu descendit. Hec est manifesta-
tio diuine bonitatis in lapide, cui predicta et multa
alia donauit. Potest deus per seipsum omnia, im-
mo quod est qui omnia in omnibus operatur nisi ipse:
tamen uult manifestari vires quas tribuit creaturis.
Posset si uellet, sine medio nobis dare uinū et
panes etc. sed uult quod uinitores et agricole, et agros
colant et uites, et arbores et fruges flozeant: imbrē,
pluiā, fimum, etc. recipiant, et alia multa fiant an-
tequam uinū, poma, et panes ad mensam ueniant. Sic
est etiā in spūalib⁹. Est dei maxima gl'ia, quod angelis
et hominibus arbitriū liberę flexibile tribuit, et uim mes-
rendi ad uitam eternam, quod arbitriū postea con-
firmabit in bono, a quo nunquam poterit flecti, eo ta-
men manente libero etiam felice ac deo consimili:
quod posse ad malū flecti uel eligere malū, est esse mi-
serę. quod miseria tolletur in felicitate recepta per merita.

NOX .V.

Hoc solum debet omnis Christianus, uidelicet deum
laudare, et ex charitate, qua deus diligendus est propter
eius beneplacitū, qua precepit obseruare, qua prohibu-
it abstinere, et hoc neque spe premij celestis, neque gehem-
nae metu, sed solo puroque eius amore, a quo habemus omnia,
qui ultro ac omni tempore magis delictis nostris igno-
scere, quam nos ueniam petere paratus est. Adde quod contumelia
deo non potest fieri maior, quam eius misericordia (quam gra-
tis offert) nos peccatores diffidimus.

Landela Quinta.